



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XLII. De obiecto timoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

corruptio, quod natura refugit propter naturale de A
siderium esse, & talis timor dicitur esse naturalis.
Et iterum de malo contritatio, quod non repugnat
naturae, sed desiderio appetitus, & talis timor non
est naturalis: sicut etiam supra, amor, & concupiscen-
tia, & delectatio, distincta sunt per naturale, & non
naturale. Sed secundum primam acceptionem na-
turalis sciendum est, quod quaedam de passionibus aie
quandoque dicuntur naturales, ut amor, desiderium
& spes; alia vero naturales dici non possunt, & hoc
ideo, quia amor & odium, desiderium & fuga im-
portant inclinationem quandam ad prosequendum
bonum, & fugiendum malum: quae quidem inclina-
tio pertinet etiam ad appetitum naturalem, & ideo
est amor quidam naturalis. & desiderium, uel spes
potest quodam modo dici etiam in rebus naturali-
bus cognitione carentibus; sed alia passionibus animae
important quosdam motus, ad quos nullo modo suffi-
cit inclinatio naturalis, uel quia de ratione harum
passionum est sensus, seu cognitio, sicut dictum est,
* Quod apprehensio requiritur ad rationem delectatio-
nis & doloris. unde qui carent cognitione, non pos-
sunt dici delectari uel dolere, aut quia homo motus
sunt contra rationem inclinationis naturalis, puta,
quod desperatio refugit bonum propter aliquam difficulta-
tem, & timor refugit impugnationem mali contra-
rii, ad quod est inclinatio naturalis, & ideo homo
passiones nullo modo attribuantur rebus inanimatis.
Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS III.

Utrum conuenienter assignentur species timoris.

AD QUARTVM sic proceditur. Videtur quod in eo
uenienter Dam. assignet sex species timoris
scilicet segnitiam, erubescenciam, uerecundiam, ad-
miracionem, stuporem, agoniam. Ut enim Philoso-
phus dicit in 2. Rhet. Timor est de malo contritatio.
ergo species timoris debent respondere speciebus tri-
stitiae: sunt autem quatuor species tristitiae; ut supra
dictum est, ergo solum debent esse quatuor species
timoris eis correspondentes.
¶ 2. Prater illud quod in actu nostro consistit, nostrae
potestati subiicitur; sed timor est de malo quod ex-
cedit potestatem nostram, ut dictum est. non ergo se-
gnities, & erubescencia, & uerecundia, quae respiciunt
operationem nostram, debent poni species timoris.
¶ 3. Praterea. Timor est de futuro, ut dictum est: *
sed uerecundia est de turpi actu iam commisso, ut
Gregor. Nyssen. dicit. non ergo uerecundia non est spe-
cies timoris.

¶ 4. Prater. Timor non est nisi de malo; sed admiratio
& stupor sunt de magno & insolito, siue bono, siue ma-
lo. ergo admiratio & stupor non sunt species timoris.
¶ 5. Prater. Philosophus ex admiracione sunt moti ad inqui-
redum ueritatem, ut dicitur in principio Metaph. timor
aut non mouet ad inquirendum, sed magis ad
fugiendum. ergo admiratio non est species timoris.

¶ SED IN CONTRARIVM sufficiat authori-
tas Damasceni. & Greg. Nysseni.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, timor
est de futuro malo, quod excedit potestatem timen-
tis, ut. scilicet resisti non possit. Sicut autem bonum hominis, ita
& malum, potest considerari uel in operatione ipsius, uel
in exterioribus rebus. In operatione autem ipsius hominis
potest duplex malum timeri. Primum quod est labor grauus
naturam, & sic dicitur segnitias, cum scilicet aliquis refugit
operari propter timorem excedentis laboris. Secundum,

turpitudine laedens opinionem, & sic si turpitudine ti-
meatur in actu committendo, est erubescencia: si autem
sit de turpi iam facto, est uerecundia. Malum autem
quod in exterioribus rebus consistit, tripliciter potest
excedere hominis facultatem ad resistendum. Primum
quidem ratione sua magnitudinis, cum aliquis. scilicet
considerat aliquod magnum malum, cuius exitum con-
siderare non sufficit. & sic est admiratio. Secundum,
ratione difficultatis, quia scilicet aliquod malum
inconsuetum nostrae considerationi offertur, & sic
est magnum nostrae reputatione, & hoc modo est stu-
por, qui causatur ex insolita imaginatione. Tertio
modo ratione improuisionis, quia scilicet prouide-
ri non potest, sicut futura infortunia timeantur, & ta-
lis timor dicitur agoniam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod illae species tristi-
tiae, quae supra posita sunt, non accipiuntur secundum
diuersitatem obiecti, sed secundum effectus, & secundum
quasdam speciales rationes: & ideo non oportet quod illae species
tristitiae correspondent istis speciebus timoris, quae ac-
cipiuntur secundum diuisionem propria obiecti ipsius timoris.

AD SECUNDVM dicendum, quod operatio secun-
dum quod iam fit, subditur potestati operantis: sed
aliquid circa operationem considerari potest facul-
tatem operantis excedens, propter quod aliquis re-
fugit actionem, & secundum hoc segnitias, erubescen-
tia, & uerecundia ponuntur species timoris.

AD TERTIUM dicendum, quod de actu praeterito
potest timeri conuictum, uel opprobrium futurum,
& secundum hoc uerecundia est species timoris.

AD QUARTVM dicendum, quod non qualibet ad-
miratio & stupor sunt species timoris, sed admiratio
quae est de magno malo, & stupor qui est de ma-
lo insolito. Vel potest dici, quod sicut segnitias refu-
git laborem exterioris operationis, ita admiratio &
stupor refugit difficultatem considerationis rei
magnae & insolitae, siue sit bona, siue mala, & hoc
modo se habeat admiratio & stupor ad actum intel-
lectus, sicut segnitias ad exteriorem actum.

AD QUINTVM dicendum, quod admirans refugit in
praesenti dare iudicium de eo quod miratur timens
defectum, sed in futuro inquit: stupens autem
timet & in praesenti iudicare, & in futuro inquirere.
unde admiratio est principium philosophandi: sed
stupor est philosophicae considerationis impedi-
mentum.

QVAESTIO XLII.

De obiecto timoris, in sex articu-
los diuisa.

Super quest. quadra-
gesimae secundae arti-
culum primum.

DEINDE considerandum
est de obiecto timoris.

ET CIRCA hoc quaerun-
tur sex.

¶ Primo, Utrum bonum sit obiectum
timoris, uel malum.

¶ Secundo, Utrum malum natu-
rae sit obiectum timoris.

¶ Tertio, Utrum timor sit de ma-
lo culpa.

¶ Quarto, Utrum ipse timor ti-
meri possit.

¶ Quinto, Utrum repentina ma-
gis timeantur.

¶ Sexto, Utrum ea, contra quae
non est remedium, magis timean-
tur.

IN primo articulo
questionis 42. dubi-
tationem faciunt il-
le duae uniuersales af-
firmacione in litera po-
sita, scilicet, Om-
nis motus appetiti-
tiae uirtutis impor-
tans prosecutionem,
habet bonum pro
obiecto. & Om-
nis motus appetiti-
tiae uirtutis impor-
tans fugam, habet malum
pro obiecto: habent
enim instantias ma-
nifestas. Primum qui-
dem obstat audacia,
quae importat profes-
sionem, & tamen
obiectum eius est ma-
lum. secundum uero
obstat desperatio, quae
im-

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum obiectum timoris sit bonum, uel malum.

Intra art. 3. importat fugam, & obiectum eius est bonum.

Ad hoc dicitur, quod sermo praesens intelligitur de omnibus per se: instantia autem allata sunt de omnibus per accidens. Prosecutio enim per se sibi vendicat bonum, & e-conuerso. Et similiter fuga per se sibi vendicat malum, & e-conuerso: unde nulla prosecutio est mali nisi per accidens, scilicet per coniunctum bonum. Et hoc modo audacia est motus prosecutiui mali, ut infra quaest. 45. patet. & similiter nulla fuga est boni nisi per accidens, scilicet propter coniunctum malum: & hoc modo desperatio est fuga boni. Ethic est tertius modus accidit talitatis inuentae in passionibus animae respectu boni & mali, de quo infra erit sermo.

In toto residuo quod eiusdem aduerte, quod quia obiectum timoris includit in se tria, scilicet malum, arduum, futurum, ex his redditur ratio timendorum & non timendorum, & magis & minus timendorum. Ex ratione nanque futuri excluditur multum distantia secundum tempus, & praesentia, & inuasibilia: quae enim apprehenduntur aliquo horum modorum, ut minus futura habentur, ut patet in 2. articulo. Ex ratione uero ardui, seu difficultatis ad euadendum vel resistendum, excluduntur mala culpa, & timor ipse quodammodo, & insolita ac repentina magis timentur: ut in tertio, quarto, & quinto articulis patet. Ex ratione uero mali non timentur per se, nisi malum: & magis timentur interminabile, ut in primo & ultimo articulo patet. Et sic habes obiectum timoris, & ex ipso rationes timendorum unitas, quod potes in aliis facere.

In responsione ad ultimum, ultimi articuli eiusdem quaest. breuiter scito, quod bonitas rei est duplex, scilicet speculatiua ad ipsam rei substantiam, & circumstantiam, sicut bonitas calor est esse calor, ut quatuor uel sex &c. uel esse in tali finis, aut loco &c. Duratio non auget primam bonitatem, sed secundam, non enim calor durus tri duo, est secundum se perfectior calore u-nius horae, sed bene est perfectior secundum circumstantiam temporis, & hoc intendit tam Aristoteles ibi, qua auctor hinc: qui ideo in corpore articuli praemittit, quod malum augetur dupliciter, scilicet secundum suam speciem, & secundum circumstantias, praesentem, & futuram. In primo uero modo opposito latet, quod malum apprehendatur ut minus, siue ex hac siue ex illa prouenit causa, nihil refert.

Cap. 2. com. 5.

Lib. 2. ca. 11. in fine.

Lib. 2. ca. 11. in fine.

Lib. 2. ca. 11. in fine.

Lib. 2. ca. 11. in fine.

Lib. 2. ca. 11. in fine.

Lib. 2. ca. 11. in fine.

Lib. 2. ca. 11. in fine.

F modum Deus timetur ab homine, in quantum potest infligere penam uel spiritualem, uel corporalem, & per hunc etiam modum timetur potestas alicuius hominis, maxime quando est laesua, uel quando est iniusta, quia sic in promptu habet nocumentum in ferre: ita etiam timetur super alium esse, id est, inniti alii, ut si in ei^o potestate sit constitutum nobis nocumentum inferre: sicut ille, qui est conficius criminis, timet ne crimen reueletur. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS II.

Vtrum malum naturae sit obiectum timoris.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod timor non sit de malo naturae. Dicitur enim Philosophus in 2. Rhet. quod timor consiliatiuus facit: non autem consiliatur de his, quae a natura eueniunt, ut dicitur in 3. Ethicorum. ergo timor non est de malo naturae.

Respon. Dicendum, quod timor est quidam motus appetitiuae uirtutis: ad uirtutem autem appetitiuam pertinet prosecutio & fuga, ut dicitur in 6. Ethicorum. Est autem prosecutio boni, fuga autem mali; unde quicumque motus appetitiuae uirtutis ita portat prosecutionem, habet aliquod bonum pro obiecto: quicumque autem importat fugam, habet malum pro obiecto. unde cum timor fugam quandam importet, primo & per se respicit malum sicut proprium obiectum; potest autem respicere etiam bonum secundum quod habet habitudinem ad malum, quod quidem potest esse dupliciter. uno quidem modo, in quantum per malum priuatur bonum. ex hoc autem ipso est aliquod malum, quod est priuatiuum boni: unde cum fugiatur malum, quia malum est, sequitur ut fugiatur, quia priuatur bonum quod quis amando prosequitur: & secundum hoc dicit Aug. quod nulla est causa timendi, nisi ne amittatur bonum amatum. Alio modo comparatur bonum ad malum, ut causa ipsius, in quantum scilicet aliquod bonum sua uirtute potest inducere aliquod nocumentum in bono amato. & ideo sicut spes, ut supra dictum est, ad duo respicit: scilicet ad bonum in quod tendit, & ad id per quod sperat se bonum concupitum adipisci: ita et timor ad duo respicit: scilicet ad malum quod refugit, & ad illud bonum quod sua uirtute potest infligere malum: & per hunc

Respon. Dicendum, quod timor est quidam motus appetitiuae uirtutis: ad uirtutem autem appetitiuam pertinet prosecutio & fuga, ut dicitur in 6. Ethicorum. Est autem prosecutio boni, fuga autem mali; unde quicumque motus appetitiuae uirtutis ita portat prosecutionem, habet aliquod bonum pro obiecto: quicumque autem importat fugam, habet malum pro obiecto. unde cum timor fugam quandam importet, primo & per se respicit malum sicut proprium obiectum; potest autem respicere etiam bonum secundum quod habet habitudinem ad malum, quod quidem potest esse dupliciter. uno quidem modo, in quantum per malum priuatur bonum. ex hoc autem ipso est aliquod malum, quod est priuatiuum boni: unde cum fugiatur malum, quia malum est, sequitur ut fugiatur, quia priuatur bonum quod quis amando prosequitur: & secundum hoc dicit Aug. quod nulla est causa timendi, nisi ne amittatur bonum amatum. Alio modo comparatur bonum ad malum, ut causa ipsius, in quantum scilicet aliquod bonum sua uirtute potest inducere aliquod nocumentum in bono amato. & ideo sicut spes, ut supra dictum est, ad duo respicit: scilicet ad bonum in quod tendit, & ad id per quod sperat se bonum concupitum adipisci: ita et timor ad duo respicit: scilicet ad malum quod refugit, & ad illud bonum quod sua uirtute potest infligere malum: & per hunc

Sed contra est, quod Philosophus dicit in 3. Ethicorum. quod inter omnia terribilissimum est mors, quae est malum naturae.

Respon. Dicendum, quod sicut Philosophus dicit in 2. Rhetor. quod timor prouenit ex phantasia futuri mali, uel contristatiui. Sicut autem contristatiuum malum est, quod contrariatur uoluntati: ita corruptiuum malum est, quod contrariatur naturae, & hoc est malum naturae, unde de malo naturae potest esse timor. Sed considerandum est, quod malum naturae quandoque est a causa naturali, & tunc dicitur malum naturae, non solum quia priuatur naturae bonum, sed etiam quia est effectus naturae, sicut mors naturalis, & alij huiusmodi defectus. Aliquando uero malum naturae prouenit ex causa non naturali, sicut mors, quae uiolenter infertur a persecutore, & utroque modo malum naturae quodammodo timetur, & quodammodo non timetur. Cum enim timor proueniat ex phantasia futuri mali, ut dicit Philosophus, illud quod remouet futuri mali phantasiam, excludit etiam timorem. Quod autem non apparet aliquod malum ut futurum, potest ex duobus contingere. Uno quidem modo ex hoc, quod est remotum & distans. hoc enim propter distantiam imaginatur ut non futurum: & ideo uel non timentur, uel parum timentur. Vnde Philosophus dicit in 2. Rhetor. quae ualde longe sunt, non timentur; sciunt enim omnes, quod moriuntur, sed quia non prope est, nihil curant. Alio modo estimatur aliquod malum quod est futurum, ut non futurum, propter necessitatem, quae facit ipsum estimare ut

plex, scilicet speculatiua ad ipsam rei substantiam, & circumstantiam, sicut bonitas calor est esse calor, ut quatuor uel sex &c. uel esse in tali finis, aut loco &c. Duratio non auget primam bonitatem, sed secundam, non enim calor durus tri duo, est secundum se perfectior calore u-nius horae, sed bene est perfectior secundum circumstantiam temporis, & hoc intendit tam Aristoteles ibi, qua auctor hinc: qui ideo in corpore articuli praemittit, quod malum augetur dupliciter, scilicet secundum suam speciem, & secundum circumstantias, praesentem, & futuram. In primo uero modo opposito latet, quod malum apprehendatur ut minus, siue ex hac siue ex illa prouenit causa, nihil refert.

Cap. 2. com. 5.

Lib. 2. ca. 11. in fine.

Lib. 2. ca. 11. in fine.

Lib. 2. ca. 11. in fine.

Lib. 2. ca. 11. in fine.

Lib. 2. ca. 11. in fine.

Lib. 2. ca. 11. in fine.

Lib. 2. ca. 11. in fine.

Lib. 2. ca. 11. in fine.

Lib. 2. ca. 11. in fine.

Lib. 2. ca. 11. in fine.

ut praesens, unde Philosophus dicit in 2. Rhetoric. * Quod illi, qui iam decapitantur, non timent, uidentibus sibi necessitatem mortis imminere. Sed ad hoc quod aliquis timeat, oportet adesse aliquam spem salutis: sic igitur malum naturae non timetur, quia non apprehenditur ut futurum. Si uero malum naturae, quod est corruptivum, apprehendatur ut propinquum, & tamen cum aliqua spe euasione, tunc timebitur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod malum naturae quandoque non provenit a natura, ut dictum est, secundum tamen quod a natura provenit, et si non ex toto uitari possit, potest tamen diffolui, & sub hac spe potest esse consilium de uitatione ipsius.

AD II. Dicendum, quod malum naturae etsi semper immincat, non tamen semper imminet de propinquo, & ideo non semper timetur.

AD III. Dicendum, quod mors, & alii defectus naturae proueniunt a natura uersali, quibus tamen repugnat natura particularis quantum potest: & sic ex inclinatione particularis naturae est dolor, & tristitia de huiusmodi malis, cum sunt praesentia, & timor si immincat in futurum.

ARTICVLVS III.

Vtrum timor sit de malo culpae.

AD TERTIVM sic proceditur. Vt quod timor possit esse de malo culpae. Dicitur enim Augustinus super Canonicam Io. 9. quod timore casto timet homo separationem a Deo: sed nihil separat nos a Deo nisi culpa, secundum illud Iesai. 59. Peccata uestra diuiserunt inter uos, & Deum uestrum. ergo timor potest esse de malo culpae.

¶ 2. Praet. Tullius dicit in 4. de Tusculanis quod de illis timemus cum futura sunt, de quorum praesentia tristamur: sed de malo culpae potest aliquis dolere, uel tristari, ergo etiam malum culpae aliquis potest timere.

¶ 3. Praet. Spes timori opponitur: sed spes potest esse de bono uirtutis, ut patet per Philosophum in 9. Ethic. * & Apostolus dicit ad Gal. 5. Confido de uerbis in Domino, quod nihil aliud sapietis. ergo etiam timor potest esse de malo culpae.

¶ 4. Praet. Verecundia est quaedam species timoris, ut supra dictum est: sed uerecundia est de turpi facto quod est malum culpae. ergo & timor.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 2. Rhetoric. * quod non omnia mala timentur, puta, si aliquis erit iniustus, aut tardus.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, * Sicut obiectum spei est bonum futurum arduum, quod quis potest adipisci, ita timor est de malo futuro arduo, quod non potest de facili uitari. Ex quo potest accipi, quod id quod omnino subiaceret potestati & uoluntati nostrae, non habet rationem terribilem: sed illud solum est terribile, quod habet causam extrinsecam. malum autem culpae propriam causam habet uoluntatem humanam, & ideo proprie non habet rationem terribilem: sed quia uoluntas ab aliquo exteriori potest inclinari ad peccandum si illud inclinans habeat magnam uim ad inclinandum, secundum hoc poterit esse timor de malo culpae, in quantum est ab exteriori causa, puta, cum aliquis timet commorari in societate malorum, ne ab eis ad peccandum inducatur: sed proprie loquendo, in tali dispositione magis timet homo seductionem, quam culpam secundum propriam rationem, id est in quantum est uoluntaria: sic enim non habet, ut timetur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod separatio

A a Deo est quaedam poena consequens peccatum, & omnis poena aliquo modo est ab exteriori causa.

AD SECUNDVM dicendum, quod tristitia & timor in uno conueniunt, quia utrumque est de malo: differunt autem in duobus. In uno quidem, quia tristitia est de malo praesenti. timor de malo futuro. In alio uero, quia tristitia cum sit in concupiscibili, respicit malum absolute, unde potest esse de quocumque malo siue paruo, siue magno: timor uero cum sit in irascibili, respicit malum cum quadam arduitate, seu difficultate, quae tollitur, in quantum aliquid subiaceret uoluntati: & ideo non omnia timemus quae sunt futura, de quibus tristamur cum sunt praesentia; sed aliqua, quae sunt ardua.

AD TERTIVM dicendum, quod spes est de bono quod quis potest adipisci. Potest autem aliquid adipisci bonum uel per se, uel per alium; & ideo spes potest esse de actu uirtutis, qui est in potestate nostra constitutus: sed timor est de malo quod non subiaceret nostrae potestati: & ideo semper malum quod timetur, est a causa extrinseca, bonum autem quod speratur, potest esse & a causa intrinseca, & a causa extrinseca.

AD QUARTVM Dicendum, quod sicut supra dictum est, * uerecundia non est timor de actu ipso peccati, sed de turpitudine uel ignominia, quae consequatur ipsum, quae est a causa extrinseca.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum timor ipse timeri possit.

AD QUARTVM sic proceditur. Vt quod timor timeri non possit. Omne enim quod timetur, timendo custoditur, ne amittatur, sicut ille qui time amittere sanitatem, timendo custodit eam. si igitur timor timeatur, timendo se custodiet homo, ne timeat, quod uideatur esse inconueniens.

¶ 2. Praet. Timor est quaedam fuga: sed nihil fugit se ipsum. ergo timor non timet timorem.

¶ 3. Praet. Timor est de futuro: sed ille qui timet, iam habet timorem. non ergo potest timere timorem.

SED CONTRA est, quod homo potest amare amorem, & dolere de dolore. ergo et pari ratione potest timere timorem.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, * Illud solum habet rationem terribilem, quod ex causa extrinseca prouenit, non autem quod prouenit ex uoluntate nostra. Timor autem partim prouenit ex causa extrinseca, & partim subiaceret uoluntati; prouenit ex causa extrinseca, in quantum est passio quaedam consequens phantasia imminens mali, & secundum hoc potest aliquis timere timorem, ne. i. immincat ei necessitas timendi propter ingruentiam alicuius excellentis mali: subiaceret autem uoluntati, in quantum appetitus inferior obedit rationi, unde homo potest timorem repellere, & secundum hoc timor non potest timeri, ut dicit Augustinus in li. 83. q. * Sed quia rationibus, quas inducit, aliquis posset uti ad ostendendum, quod timor nullo modo timeatur, id ad eas respondendum est.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod non omnis timor est unus timor: sed secundum diuersa, quae timeantur, sunt diuersi timores. nihil ergo prohibet, quin in uno timore aliquis praeseruet se ab alio timore, & sic custodiat se non timere tunc illo timore.

AD SECUNDVM Dicendum, quod cum sit alius timor quo timetur malum imminens, & alius timor quo timeat ipse timor mali imminens, non sequitur quod idem fugiat se ipsum, uel quod sit idem fuga suspensus.

AD TERTIVM dicendum, quod per diuersitatem timorum

li. 2. Rhet. e. 5. circa med. tom. 6.
li. 2. in 4. ar. 1. cor. Tra. 9. circa med. dium, to. 9.
li. 4. in fol. 3. a. prim. li.
Ca. 4. parum anc. med. tom. 5.
q. 4. ar. 4.
C. 5. in prin. tom. 9.
q. 4. ar. 1.
li. 2. in 4. ar. 1. cor. Tra. 9. circa med. dium, to. 9.
li. 4. in fol. 3. a. prim. li.
Ca. 4. parum anc. med. tom. 5.
q. 4. ar. 4.
C. 5. in prin. tom. 9.
q. 4. ar. 1.
li. 2. in 4. ar. 1. cor. Tra. 9. circa med. dium, to. 9.
li. 4. in fol. 3. a. prim. li.
Ca. 4. parum anc. med. tom. 5.
q. 4. ar. 4.
C. 5. in prin. tom. 9.
q. 4. ar. 1.

q. 4. ar. 4. ad 2. & 3.

Art. praeced.

q. 33. tom. 4.

morum iam dictam, timore presenti potest homo F
timere futurum timorem.

ARTICVLVS V.

Vtrum ea, contra quae non est remedium, magis timeantur.

Vtrum repentina magis timeantur.

Infr. q. 48.
art. 3. ad 3.

Cap. 5. ante
med. to. 6.

Ca. 8. in fin.
tom. 5.

Ca. 6. a med.
tom. 1.

Artic. 3.

li. 1. aliquā-
tulum a me-
dio.

Toto citato
in argum.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur: quod insolita & repentina non sint magis terribilia. Sicut enim spes est de bono, ita timor est de malo, sed experientia facit ad augmentum spei in bonis. ergo etiam facit ad augmentum timoris in malis.

¶ 2 Præ. Philosophus dicit in 2 Rhet. * quod magis timeantur non qui acuta sunt ira, sed mites & astuti: constat autem quod illi qui acuta ira sunt, magis habent subitotus motus. ergo ea quae sunt subita, sunt minus terribilia.

¶ 3 Præ. Quae sunt subita, minus considerari possunt: sed tantum aliqua magis timeantur, quantum magis considerantur. unde Philosophus dicit in 3. Ethic. * quod aliqui videntur fortes propter ignorantiam, qui si cognouerint quod aliud sit, quam suspicantur, fugiant. ergo repentina minus timeantur.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in 2. Confes. * Timor insolita & repentina exhorrescit, rebus quae amantur aduersantia, dum precauet securitati.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, * obiectum timoris est malum imminens, quod non de facili repellitur: hoc autem ex duobus contingit, scilicet ex magnitudine mali, & ex debilitate timentis: ad utrumque autem horum operatur, quod aliquid sit insolitum & repentinum. Primum quidem facit ad hoc, quod malum imminens maius appareat. Omnia enim corporalia & bona, & mala quantum magis considerantur, minora apparent, & ideo sicut propter diuturnitatem dolor praesentis mali mitigatur, ut patet per Tullium in 3. de Tullul. quaestione: * ita et ex praemeditatione minuitur timor futuri mali. Secundum, aliqd esse insolitum & repentinum facit ad debilitatem timentis, in quantum subtrahit remedia, quae homo potest praeparare ad repellendum futurum malum, quod esse non possunt, quoniam ex improviso malum occurrit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod obiectum spei est bonum, quod quis potest adipisci: & ideo ea quae augmentant potestatem hominis, nata sunt augere spem, & eadem ratione diminuerent timorem, quia timor est de malo, cui non de facili potest resisti. Quia igitur experientia facit hominem magis potentem ad operandum, ideo sicut auget spem, ita diminuit timorem.

AD SECVNDVM Dicendum, quod illi qui habent iram acutam, non occultant eam: & ideo nocumeta ab eis illata non ita sunt repentina, quin praevideantur, sed homines mites & astuti occultant iram: & ideo nocumentum quod ab eis imminet, non potest praevideri, sed ex improviso aduenit. & propter hoc Philosophus * dicit, quod tales magis timeantur.

AD TERTIVM Dicendum, quod per se loquendo, bona vel mala corporalia in principio maiora apparent, cuius ratio est, quia unumquodque magis apparet contrario iuxta se posito. unde cum aliquis a paupertate ad diuitias transit, propter paupertatem praexistentem diuitias magis aestimat: & e contrario, diuites statim ad paupertatem devenientes, eam magis horrent, & propter hoc malum repentinum magis timeantur, quia magis videtur esse malum. sed potest propter aliquod accidens contingere, quod magnitudo alicuius mali, lateat, puta, cum hostes se insidiosè occultant, & tunc verum est, quod malum ex diligenti consideratione fit terribilius.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod ea quae non habent remedium, non sint magis timeanda. Ad timorem enim requiritur, quod remaneat aliqua qua spes salutis, ut supra dictum est: * sed in malis quae non habent remedium, nulla remanet spes salutis, ergo talia mala nullo modo timeantur.

¶ 2 Præ. Malo mortis nullum remedium adhiberi potest. non enim secundum naturam potest esse reditus a morte ad vitam, non tamen mors maxime timeatur, ut dicit Philosophus in 2. Rhet. * non ergo ea magis timeantur, quae remedium non habent.

¶ 3 Præ. Philosophus dicit in 1. Ethic. * quod non est magis bonum quod est diuturnius, eo quod est unius diei: neque quod est perpetuum, eo quod non est perpetuum. ergo eadem ratione neque maius malum: sed ea quae non habent remedium, non videntur differre ab aliis nisi propter diuturnitatem, vel perpetuitatem. ergo propter hoc non sunt peiora, vel magis timeanda.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 2. Rhet. * quod omnia timeanda sunt terribiliora, quaecumque, si peccauerint, corrigi non contingit, aut quorum auxilia non sunt, aut non facilia.

RESPON. Dicendum, quod obiectum timoris est malum. unde illud quod facit ad augmentum mali, facit augmentum timoris: malum autem augetur non solum secundum speciem ipsius mali, sed etiam secundum circumstantias, ut ex supra dictis apparet. * Inter ceteras autem circumstantias diuturnitas, vel etiam perpetuitas magis videtur facere ad augmentum mali. Ea enim quae sunt in tempore, secundum durationem temporis quodammodo mensurantur. unde, si pati aliquid in tempore tanto est malum, pati idem in duplo tempore apprehenditur ut duplatum. & secundum hanc rationem pati idem in infinito tempore, quod est perpetuo pati, habet quodammodo infinitum augmentum: mala autem quae postquam aduenierint, non possunt habere remedium, vel non de facili, accipiuntur ut perpetua vel diuturna. & ideo maxime redduntur timeanda.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod remedium mali est duplex. Vnum, per quod impeditur futurum malum, ne adueniat, & tali remedio sublati auferri spes, & per consequens timor, unde de tali remedio nunc non loquimur. Aliud remedium mali est, quod malum iam praesens remouetur, & de tali remedio nunc loquimur.

AD SECVNDVM Dicendum, quod licet mors sit irremediabile malum, tamen quia non imminet de prope, non timeatur, ut supra dictum est. *

AD TERTIVM Dicendum, quod Philosophus ibi loquitur de per se bono, quod est bonum secundum speciem suam, sic autem non fit aliquid magis bonum propter diuturnitatem, vel perpetuitatem, sed propter naturam ipsius boni.

QVAESTIO XLIII.

¶ Super quaestio. quadragesima sexta articulum primum.

De causa timoris, in duos articulos diuisa.

EINDE considerandum est de causa timoris.

¶ Et circa hoc quae sunt duo. ¶ Primum, vtrum causa timoris sit amor. ¶ Secundum, Vtrum causa timoris sit defectus.

IN quaestione quadragesimo tertio, tota nihil scribendum occurrit, nisi ex utroque articulo attentum te reddere, ut discas causas passionum cognoscere, & discernere, ex parte obiecti & subiecti &